



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 164. Philippi III. Hispaniæ Regis Legatio ad Papam pro obtinenda hujus quæstionis definitione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

diffuadens addebat, quod jam *totum*, Sæc. XVII.
quod posset, hac in re præstiterit. A. C. 1617.

§. CLXIV.

*Philippi III. Hispaniæ Regis Lega-
 tio ad Papam pro obtinenda hujus
 quæstionis definitione.*

Hoc tamen Pontificis responso nondum *Luc. Wad-*
 contentus Hispaniæ Rex, cum tur- *dig. legat.*
 bas variis in Regnis, urbibusque in- *Philipp. ad*
 dies augeri cerneret, ex suorum confi- *Paul. V.*
 lio etiam legationem adornavit, ad quam *Khevenhill.*
 selegit Antonium Tressium Carthagi- *t. 9. p. 268.*
 nensem Episcopum olim FF. Minorum
 Generalem, qui allatis literis Regiis
 Pontifici, nomine totius Regni Hispa-
 nici supplicaret, quatenus doctrinam
 de immaculata Conceptione definire
 vellet: Verum commendata Regis pie-
 tate respondit Pontifex, quod *nunc pos-*
set hac in controversia haud amplius præ-
stare, præter id quod jam fecisset, hæcque
res maturiori consideratione indigeret. Hoc
 tamen responso nequaquam territus
 Orator, libellum supplicem Pontifici
 porrexit, in quo complures congesse-
 rat rationes, quibus Papam ad defi-
 niendam hanc quæstionem permovere
 nitebatur; cum autem non deessent,
 qui Regis Catholici preces male inter-
 pretarentur, perinde ac si in re mere

Sæc. XVII. Ecclesiastica Pontifici vim inferre vel
 A. C. 1617. let, hinc Orator, adversus eos proli-
 xam concinnabat apologiam, cui etiam
 addidit Parænesin ad Paulum V. quem
 postremis verbis ita alloquebatur: *Con-*
sidera plurium animarum jacturam, Ec-
clesiæ discordiam, dissidia civitatum, ma-
gnorumque imminentia pericula Regnorum,
quibus tu solus obviare potes & vales. Ve-
 rum Pontifex, qui se id quidem posse,
 minus tamen expedire, nec id pro hoc
 tempore necessarium esse noverat, per-
 stitit in sua sententia, subjungens, si
 post tot decreta adhuc evenirent scan-
 dala, id ex Judicium Ecclesiasticorum
 socordia, & Ministrorum negligentia
 provenire, se tamen curaturum, ut
 abusus illi, aususque immodici puni-
 rentur. Nihilominus tertiam oratio-
 nem Pontifici obtulit Orator, in qua
 præcipue, hæreticos ex Catholicorum
 dissidio circa cultum B. V. graviter of-
 fendi, perurgebat: ad hæc reposuit Pon-
 tificex, quod hæreticorum ora minime
 obturari possent, sive ipse hanc quæ-
 stionem definiret, sive non: de cetero
 oppositæ sententiæ Patronis, opinio-
 nem suam plurium Sanctorum Patrum
 testimoniis probare parati forent, proin-
 haud expediret, illos inauditos, invi-
 tosque ad amplectendam oppositam sen-
 tentiam compellere. Cum igitur Ora-
 tor

tor hæc intellexisset, pollicitus est, se Sæc. XVII.
 ostensurum, quod contraria opinio menti A. C. 1617.
 Sanctorum Patrum adversaretur: cum
 vero haud ignoraret, quod ejus Ad-
 versarii tela sua ex libro Fratris Petri
 de Vincentia Dominicani, & hic ex du-
 plici libello Vincentii Bandelli itidem
 Dominicani desumpserint, hinc utrum-
 que librum proscribi petiit, cui tamen
 Pontifex reposuit, sufficere constitutio-
 nem Sixti IV. nec consultum esse, quic-
 quam ea in re innovare, satiusque fo-
 re, hoc calamitoso & turbulento Im-
 perii Germanici statu domesticæ paci
 incumbere, quam novi aliquid moliri,
 quod intestinos tumultus ac rumores
 posset augere. Instabat tamen Orator,
 variis oblatis tractatibus, quibus suam
 sententiam firmioribus, quam opposi-
 tam, inniti rationibus, hancque con-
 troversiam posse definiri, pluribus ar-
 gumentis ostendere nitebatur: Respon-
 dit autem Pontifex, *manifestius esse,*
hanc controversiam esse definibilem, quam
ut multis argumentis probaretur, . . . se
etiam probe scire, quid possit, nec agi nunc
de sua, ut definiat, potestate, sed de con-
venientia, ac necessitate, in re autem tanti
momenti, lento gressu incedendum esse.